# Band VII., Nr. 2131, Seite 74-75

*Graf Ludwig von Spitzenberg verkauft mit Zustimmung seines Sohnes Eberhard an seine Schwester Agnes, verwitwete Gräfin von Aichelberg, 2 Höfe und ein Lehen in Süßen und 2 Höfe in Kuchen auf Lebenszeit um 215 Pfund Heller.*

## Kuchen, 1270. März 7.

In nomine domini. Amen. Cum fides sit salutis fundamentum caritatis vinculum amorisque subsidium, sanum est, ut, quicquid a fidelibus fide promittitur, omni diligentia integrum custodiatur. Noscant ergo cuncti presentes et futuri hanc litteram inspecturi, quod nos Ludwicus dictus comes de Spizenberc cum assensu nati nostri Eberhardi contulimus sorori nostre Agneti quondam com*e*tisse in Aichelberc duas curias cum quodam feodo in Siezzun nec non duas curias sitas in Cůchen cum omni iure proprietatis et libertatis ad vitam suam possidendas et fruendas, sicut nos a progenitore nostro dinoscimur possedisse, pro ducentis et XV libris. Cui etiam fide corporali promisimus et in sanctis iuravimus, ut hanc venditionem ratam et firmam habeamus nec colonos eorundem bonorum aliquibus servitiis vel dampnis aut aliis malis de cetero ledere presumamus. Quod si forte aliquo modo contigerit nec infra decem septimanas de illatis dampnis satisfecerimus eisdem, fidei ac iuramenti violatores simus et ipsa extunc contra nos viam habeat conquerendi. Item si per uxorem nostram vel alium heredem nostrum post mortem nostram prefate sorori nostre in bonis Cůchen aliqua intercisio vel interruptio evenerit, pro huiusmodi dampno curiam nostram in Beringen cum ceteris bonis ibidem predicto modo sibi obligamus ad plenariam restitutionem possidenda.<br> <br> Acta sunt hec anno domini MCCLXX., in villa Cůchen, feria VI. post Invocavit. Testes autem huius rei sunt: venerabilis dominus prepositus de Madelberc, Rucgerus ipsius capellanus, Walterus decanus in Siezzun, Fridericus miles de Beringen[1], Gossoldus de Ubrichingen, Gebehardus de Nendingen[a], Ůlricus scultecus[b] et Heinricus in Cůchen et alii quam plures hec videntes et audientes. Ut autem hec prenotata firma permaneant et inconvulsa, hanc litteram sigillis honorabilium virorum videlicet Ulrici comitis de Helfenstain, Ludwici summi prepositi ecclesie Augustensis, Heinrici de Nifen nec non nostro proprio sigillo decrevimus roborare.

[a]Es steht *Nend* $\overline{ig}$*, somitvielleichtnurNendigenoderNending.*

[b]Das zweite *c* ist etwas zweifelhafter Natur, es könnte vielleicht ein *r* vorliegen, in welchem Fall an die Latinisierung eines Namens *Schulter* gedacht werden könnte.

[1]Unterböhringen.

II

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> <br> An blauen leinenen Fäden sehr beschädigt das 1. und 3. Siegel: des Ausstellers und des Grafen Ulrich von Helfenstein, an der vorigen Urkunde beschrieben, wohlerhalten (abgesehen von der Umschrift) das 4.: des Heinrich von Neifen, S. 25 f. beschrieben, vom 2.: des Dompropsts Ludwig, nichts mehr vorhanden als die Fäden.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**
HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**
A 469 I U 33

**Überlieferung und Textkritik:**
Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 2, S. 209.

**Editionen:**
Christian Friedrich Sattler: Geschichte des Herzogthums Würtenberg unter der Regierung der Graven, 4 Bde., Ulm 1767-68. [Fortsetzung der Geschichte des Herzogtums Württemberg], Bd. 1, Beilagen, S. 41, Nr. 36. Kerler: Urkunden Grafen von Helfenstein, Urkunden, S. 7 (nach Sattler).

**Regesten:**
Müller: Urkundenregesten Adelberg, Nr. 33.

## Weitere Angaben

**Sprache:**
Lateinisch

**Ausstellungsort:**
Kuchen

**Ortsindex:**
Adelberg - Kloster Wohnplatz (561)<br> Adelberg - Kloster, Adelberg, GP<br> Aichelberg Wohnplatz (567)<br> Aichelberg, GP<br> Augsburg, A<br> Bad Überkingen Wohnplatz (580)<br> Bad Überkingen, GP<br> Helfenstein Wüstung (21656)<br> Helfenstein, Geislingen an der Steige, GP, W<br> Kuchen Wohnplatz (758)<br> Kuchen, GP<br> Nenningen Wohnplatz (862)<br> Nenningen, Lauterstein, GP<br> Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)<br> Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES<br> Spitzenberg (Burg) Wüstung (21678)<br> Spitzenberg (Burg), Kuchen, GP, W<br> Süßen Wohnplatz (823)<br> Süßen, GP<br> Unterböhringen Wohnplatz (584)<br> Unterböhringen, Bad Überkingen, GP